



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 171. Idem per Papæ sententiam Regno privatus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

missa, Regem de perjurio, sacrilegio, ac Sæcul. XV.
hæresi convictum declaravit, atque ad A.C. 1466.
versus illum excommunicationis senten-
tiam, quam eidem Papa jam a longo
tempore minitabatur, pronuntiavit.

§. CLXXI.

*Idem per Papæ sententiam regno
privatus.*

Ea nihilominus cura Papam haud pa- *Papiens.*
rum sollicitum habebat, ut Virum in- *epist. 262.*
veniret, qui excommunicationis decretum
executioni mandari curaret. Cæsar e-
nim Podiebracium aperto Marte aggredi,
foedusque cum eo initum rescindere
detrectabat; Poloniæ ac Hungariæ Re-
ges itidem Bohemum sibi infensum red-
dere timebant, cum aliunde domesticis
belli tumultibus impliciti essent: Bohe-
mis autem regni Proceribus non satis
virium ad exequendam hanc sententiam
erat: ceteri vero nimia loci distantia
prohibebantur. Cum igitur Papa judi-
cium suum, nisi effectui daretur, ludibrio
exponi pertimesceret, sententiam differre
decrevit. Ast Cardinalis Carvajalus in
quodam Patrum Senatu hac super re ha-
bito verba fecit: non sunt, inquit, omnia
humanis judiciis metienda, in rebus
arduis maxima spes in Dei auxilio repo-
nenda; quod si nec Imperator, nec Polo-

P 2 nus

Sacul. XV. nus nec Hungarus Sanctitati suæ præsto
A. C. 1466. erint, adjuvabit tamen Deus, qui de excel-
 so caput impii conteret, modo nostris non
 desimus partibus, cetera abs dubio per-
 ficiet exercituum Dominus. Ad hæc
 verba omnium Cardinalium animi erige-
 bantur, & ipse Pontifex peracto Sacro so-
 lenni in die Natalis Domini thronum,
 qui ante summum Altare in Basilica S.
 Petri collocatus erat, conscendit, ac sen-
 tentiam pronuntiavit, Regemque Bohe-
 miæ Regno, omnibusque honoribus tan-
 quam hæreticum privavit: subditos vero
 ab obedientia, & juramenti Religione ab-
 solvit, ipsumque Regem, ejusque filios,
 totamque posteritatem ad consequendas
 quascunque dignitates inhabiles decla-
 ravit. Papiensis Cardinalis summis lau-
 dibus extollit Pontificis æquitatem, qua
 hanc sententiam ferebat: *Ministerium ju-
 stitiae, inquit, operati sumus. Iustitiae
 admiscuimus clementiam. Nulla solemnitas,
 nullus ordo, nulla expectatio est præter-
 missa. Rite peracta sunt omnia. In qua-
 driennium a die, quo Reus citabatur, pro-
 ductum est judicium: non negligentia ulla
 nostra, sed certo semper consilio. Ter flâ-
 gitante Cœsare, conversionemque ejus spon-
 dente, semel autem Principibus Germaniæ id
 ipsum potentibus, cursum damnationis sus-
 pendimus, majori semper favore, quam spe.
Ea vero lege continuo promissa est suspensi-
si inter-*

si interim ille fidelibus pacatis nihil noceret. **Sæcul. XV.**
Indulgentia nostra contumaciter abusus est. A.C. 1466.
Non quietem agens, non iis etiam parcens,
quos propter institutum est judicium. Per
has moras sic eos nequiter habuit, sic dure af-
fixit, ut graves ad nos perferrentur quere-
læ. Pertulimus tamen patienter omnia, ac
licet decepti, in eadem lenitate duravimus, ne
aliquando in mali Regis judicio, aut præci-
pites aut immisericordes existimari possemus.
Ceterum progressu temporis hæc excom-
municationis sententia in Regem lata
tanti apud Proceres, & Regni status mo-
menti fuit, ut Casimiro Poloniæ Rege
Bohemiarum coronam recusante, Hungariæ
Rex indicto bello Podiebracum armis
insectatus fuerit.

§. CLXXII.

*Pax Polonos inter et Cruciferos
Porussiarum.*

Magis prospero successu legationem ob-
ivit idem Rudolphus ad Principes
Germaniarum eo fine missus, ut concordiam **Michov. I. 4.**
Polonos inter & Porussiarum equites redu-**cap. 62.**
ceret. Quippe post crudele bellum in-**Cromer. I. 26**
ter eos per quatuordecim annos gestum
tandem die decima nona Octobris hujus
anni pax utrinque confecta est. Rudol-
phus, cum ante omnes ad Poloniæ
Regem hac de re scripsisset, misso ad

P 3 eum